blande leniterq; ſuſcipias,
et angelos tuos ſanctos ei
obuiā mittas, viamq; illi iu
ſticie demōſtra ꝛ portas glo
rie tue aperi. Repelle que-
ſumus ab ea omnes princi-
pes tenebraꝝ, ꝛ agnoſce de
poſitū fidele quod tuum eſt.
Suſcipe dñe creaturā tuā,
non ex diis alienis creatam
ſed a te ſolo deo viuo ꝛ vero
quia non eſt alius deus pre-
ter te dñe, ꝛ non eſt ſecundū
opera tua. Letifica clemen-
tiſſime deus animaꝫ famuli
tui, ꝛ clarifica eam in multi
tudine miſericordie tue. Ne
memineris queſumꝰ iniqui-
tatum eius antiquaꝝ ꝛ ebrie
tatum quas ſuſcitauit furor
mali deſiderij: licet enī pec-
cauerit, tamen te non nega-
uit, ſed ſigno fidei īſignitus,
te qui omnia ꝛ eum īter om-
nia feciſti fideliter adorauit.
Qui viuis et regnas deus.
Per omnia. Alia.

Suſcipe domine ani-
mam ſerui tui N. quā
de ergaſtulo huiꝰ ſeculi vo-
care dignatus es, ꝛ libera
eam de principibus tenebra
rum ꝛ de locis penarum, vt
abſoluta vinculo omniū pec
catorum quietis ac lucis e-
terne beatitudine perfrua-
tur, et inter ſanctos et ele-
ctos tuos in reſurrectionis
gloria reſuſcitari mereatur.
Per chriſtum dñm. Alia.

Partem beate reſur-
rectionis obtineat, vi
tāque eternam habere merea
tur i celis. Per te ieſu chri-
ſte ſaluator mūdi. Qui viuis
ꝛ regnas deus, per omnia.
Et reſponſo a conuentu, A-
men: Si corpus nondum al-
latuꝫ fuerit, incipiatur mox
pſalteriū, Beatus vir. Poſt

lauationem coꝛpoꝛis allato
coꝛpoꝛe abbas reſumat ſto=
lam ſi eam depoſuit ⁊ aſper=
gēs coꝛpus aqua benedicta
⁊ thuriſicans dicat audien=
tibus omnibus: Pater no
ſter. Et ne nos. A poꝛta iferi.
℣. Nihil pꝛoficiat iimicus i eo.
Dominꝰ vobiſcum. Oꝛemus.

Deus cui ſoli cōpetit
medicinā ꝑſtare poſt
moꝛtem, tribue queſumus
vt anima famuli tui N. ter=
renis exuta contagiis, ī tue
redemptionis parte nume=
retur. Per dominum. Tunc
efferatur coꝛpus inchoante
cātoꝛe. ℟. Libera me, cū ſuis
tribꝰ verſibus. Cū aūt fue=
rit i eccleſia dicat ſacerdos:

Pater noſter. Et ne nos. A
poꝛta iferi. Dominꝰ vobiſcum.
Et cū ſpū. Oꝛemus. Oꝛatio

Commendamus tibi
domine animaꝫ ſerui
tui N. pꝛecamurque vt pꝛo=
pter quē ad terras tua pie=
tate deſcenderas patriar=
charum tuoꝛum ſinibus in=
ſinuari non renuas ſaluatoꝛ
mūdi. Qui viuis. Et reinci=
piant pſalteriū vbi in infir=
mitoꝛio dimiſerāt. Et ante=
quā efferatur ad ſepulchꝛuꝫ
fratribus ante feretrum a=
ſtantibus cum cruce ⁊ thu=
ribulo et lumine et aqua be=
nedicta, ſacerdos indutus
alba ſtola ⁊ manipulo dicat
hanc oꝛationem.

Non intres in iudiciuꝫ
cū ſeruo tuo domine,
qm̄ nullus apud te iuſtifica=
bit homo niſi per te omniuꝫ
peccatoꝛum tribuat remiſ=
ſio. Non ergo eum tua que=
ſumꝰ domine iudicialis ſen=
tentia pꝛemat, quē tibi vera
ſupplicatio fidei chꝛiſtiane
cōmendat: ſed gratia tua il=
li ſuccurrente mereat eua=
dere iudicium vltionis, qui
dum aduiueret īſignitus eſt
ſignaculo ſancte trinitatis.
Per eum qui venturus eſt
in ſpiritu ſancto iudicare vi
uos ⁊ moꝛtuos ⁊ ſeculū per
ignē. Amē. ℟. Subuenite ſan
cti. vrs. kyꝛie eleiſon. Chꝛiſte
eleiſō. kyꝛie eleiſō. Alia oro.

Deus cui omnia viuunt
⁊ cui nō pereunt mo=
riendo coꝛpoꝛa noſtra, ſed
mutantur in melius: te ſup=
plices depꝛecamur vt quic=
quid anima famuli tui vitio
rum tueque volūtati cōtra=
rium fallēte diabolo ⁊ pꝛo=
pꝛia iniquitate atque fragi=
litate contraxit, tu pius et
miſericoꝛs abluas indulgē=
do, eamque ſuſcipi iubeas
per manus ſanctoꝝ archā=
geloꝛum tuoꝛum deducen=
dam in ſinibus patriarcha=
rum tuoꝛum, abꝛaham ſcili=
cet amici tui ⁊ iſaac electi
tui, atque iacob dilecti tui,
quo aufugit doloꝛ ⁊ triſticia
atqꝫ ſuſpiriū: fidelium quo=
que anime felici iocundita=
te letantur, et in nouiſſimo
magni iudicij die inter ſan=
ctos ⁊ electos tuos eam fa=
cias perpetue gloꝛie perci=
pere poꝛtionem, quam ocu=

lus non vidit nec auris audi-
uit, ⁊ i cor hominis non aſcē-
dit que preparaſti diligen-
tibus te. Per eum qui ven-
turus eſt in ſpiritu ſancto iu
dicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſe
culum per ignem. Amen.
℟ Memento mei deus. Kyrie
eleiſon. Chriſte eleiſon. kyrie
eleiſon. Alia oratio.

Fac queſumus domi-
ne hanc cuꝫ ſeruo tuo
miſericordiam, vt factorum
ſuoꝝ in penis non recipiat
vicem qui tuam in votis te-
nuit voluntatē: ⁊ ſicut hic eū
vera fides iunxit fideliū tur
mis, ita euꝫ illic tua miſera-
tio ſociet angelicis choris.
Per eum qui venturus eſt
in ſpiritu ſancto iudicare vi-
uos ⁊ mortuos ⁊ ſeculuꝫ per
ignē. Amē. ℟ Libera me do-
mine de viis iferni. Qui portas
ereas ꝯfregiſti ⁊ viſitaſti infer-
nuꝫ ⁊ dediſti eis lumen vt vide-
rent te qui erant in penis tene-
braꝝ. ℣ Clamantes ⁊ dicentes
adueniſti redēptor noſter. Qui
portas. kyrie eleiſon. Chriſte
eleiſon. kyrie eleiſon. Pater no
ſter. Et ne nos. Requiem eter-
nam dona eis domine. Dominꝰ
vobiſcum. Oremus. Alia.

Annue nobis dn̄e, vt
anima famuli tui re-
miſſionem quam ſemper o-
ptauit mereatur percipere
peccatorum. Per dominuꝫ.
Tunc exeant cantore inci-
piente hanc. an̄ Chorus ange
loꝝ. ps. In exitu. ps. Confi-
temini. iiij. ps. Queadmo-
dum. ps. Memēto domine.
ps Domine probaſti me. ps
Domine clamaui ad te. ps.
Uoce mea. ℣. Requiem eter-
nam dona ei domine. ℟ Et lux
perpetua luceat ei. an̄. Chorus
angelorum te ſuſcipiat ⁊ i ſinu
abrahe ibi te collocet vt cum
lazaro quondam paupere eter-
nam habeas requiē. Oratio.

Pio recordationis affe
ctu fratres chariſſimi
commemorationem facimus
chari noſtri, quē dominꝰ de
tentationibus huius ſeculi
aſſumpſit, obſecrātes miſe-
ricordiam dei noſtri, vt ipſe
tribuere ei dignetur placi-
dam ⁊ quietam manſionem,
⁊ remittat omnes lubrice te
meritatis offenſas, vt cōceſ
ſa venia plene indulgentie
quicquid in hoc ſeculo pro-
prio reatu deliquit, totum
ineffabili pietate ac benigni
tate ſua deleat ⁊ abſtergat.
Quod ipſe preſtare digne-
tur Qui viuit ⁊ regnat per
immortalia ſecula ſeculoꝝ.
Amen. Alia oratio.

Obſecramus miſericor
diam tuam omnipotēs
deus, qui hominē ad imagi-
nem tuam creare dignatus
es, vt animam ⁊ ſpiritum
famuli tui, quem hodierna
die rebus humanis eximi ⁊
ad te accerſiri iuſſiſti, blan-
de et miſericorditer ſuſci-
pias, non ei dominētur vm-
bre mortis, nec tegat eum
chaos ⁊ caligo tenebrarum:
ſed exutus omnium crimi-

num labe, in ſinu abrahe pa=
triarche collocatus, locum
lucis et refrigerij ſe ade=
ptum eſſe gaudeat: vt cum
dies iudicij aduenerit, cum
ſanctis et electis tuis eum
reſuſcitari iubeas. Per do=
minum noſtrum ieſum chri=
ſtum filium tuum qui tecum
viuit ⁊ regnat deus per im=
mortalia ſecula ſeculorum.
Amen. Alia oratio.

DEus apud quē mor=
tuorū ſpūs viuunt ⁊
in quo electorum anime, de
poſito carnis onere, plena
felicitate letant: preſta ſup=
plicantibus nobis, vt anima
famuli tui que tēporali per
corpus huius luminis caruit
viſu, eterne illius lucis ſo=
latio potiatur: non eam tor=
mentum mortis attingat: nō
dolor horrende viſionis affi=
ciat: non penalis timor ex=
cruciet: non reorum proxi=
ma cathena conſtringat: ſed
conceſſa ſibi venia delicto=
rum omnium, optate quie=
tis conſequatur gaudia re=
promiſſa. Per chriſtum do.

¶ Benedictio ſepulchri.

DEus qui fundaſti ter=
ram ⁊ creaſti celos:
qui omnibus nomina ſyde=
ribus indidiſti: qui captum
laqueo mortis hominē allu=
uione reparaſti, qui ſepul=
tos abraham, iſaac ⁊ iacob
in ſpelunca duplici, libro vi
te ⁊ totius eccleſie princi=
pes annotaſti benedicēdos
queſumus bene✠dicere di
gneris hunc tumulum famu
li tui: vt eum hic requieſce=
re facias ⁊ in ſinu abrahe col
locare digneris: qui domi=
num noſtrum ieſum chriſtū
filium tuum victis laqueis
inferorum reſurgere feciſti
⁊ ſuorum in ſe credentium
membra iuſſiſti reſuſcitare.
Reſpice queſumus domine
ſuper hanc fabricam ſepul=
ture: deſcendat hic ſpiritus
tuus ſanctus: vt te iubente
ſit ei in hoc loco quieta dor=
mitio, et in tempore iudicij
cum ſanctis omnibus vera
reſurrectio te preſtāte. Qui
viuis ⁊ regnas. Si tumu=
lus nondum paratus eſt cū
ad Temeritatis quidē ve=
nerit: dicat de ſequentibus
collis hac reſeruata. Quo
preparato antequā inchoet
ipſam collectā aſpergat cor
pus, poſtea foſſam. Deinde
thurificato corpore tradat
thuribulum illi qui eſt in foſ
ſa vt thurificet eā. Morque
deponatur corpus ⁊ iterum
aſpergatur ab abbate et ab
illo qui in foſſa eſt thurifice=
tur. Quo operto abbas ſu=
per eum terram ſemel pro=
iciat. Quo facto retrahat
ſe cōtra ſepulchrū incipiēs.

TEmeritatis q̄dem eſt
domine vt homo ho=
minem, mortalis mortalem,
cinis cinerem, tibi dn̄o deo
noſtro audeat commēdare:
ſed quia terra ſuſcipit terrā
⁊ puluis conuertitur in pul=
uerem, donec omnis caro in

ſuam redigat originem: tuā
piiſſime pater lachꝛymabi=
liter queſumꝰ pietatem, vt
huius famuli tui animā quā
de mūdi huius voragine ce=
nulenta ducis ad patriam:
abꝛahe amici tui ſinu reci=
pias ꝛ refrigerij roꝛe per=
fundas: ſit ab eſtuantis ge=
henne truci incendio ſegre=
gata: ꝛ beate requiei te do=
nante coniuncta: et que illi
ſunt domine digne cruciati=
bus culpe tu eas gratie mi=
tiſſima lenitate indulge: nec
peccati recipiat vicem, ſed
indulgentie tue piaꝫ ſentiat
bonitatē: cumque finito mū
di termino ſupernum cun=
ctis illuxerit regnuꝫ, nouus
homo ſanctoꝛuꝫ omnium ce
tibus aggregatus cum ele=
ctis tuis reſurgat in par=
te dextera coꝛonandus.
Per chꝛiſtum. Alia.

OREmus fratres chariſ
ſimi pꝛo ſpiritu chari
noſtri quem dominus de la=
queo huius ſeculi liberare
dignatus eſt: cuius coꝛpu=
ſculum hodie ſepulture tra
ditur vt eum pietas domini
in ſinu abꝛahe, iſaac ꝛ iacob
collocare dignetur: vt cum
dies iudicij aduenerit, in=
ter ſanctos et electos ſuos
eum in parte dextera collo=
candum reſuſcitari faciat.
Preſtāte dn̄o nr̄o ieſu chꝛo.
Qui viuit ꝛ regnat per oīa
ſecula ſeculoꝝ. Amē. Alia.

DEus qui humanaruꝫ
animaꝝ eternus ama
toꝛ es: animā famuli tui quā
vera dum in coꝛpoꝛe manſit
tenuit fides, ab omni cru=
ciatu īferoꝛum redde extoꝛ=
rem: vt ſegregata ab infer=
nalibus clauſtris, ſanctoꝛuꝫ
mereatur adunari conſoꝛ=
tiis. Per chꝛiſtum. Alia.

DEbitum humani coꝛ=
poꝛis ſepeliendi offi
cium fidelium moꝛe complē
tes deum cui omnia viuunt
fideliter depꝛecemur: vt hoc
coꝛpus chari noſtri a nobis
in infirmitate ſepultum: in
oꝛdine ſanctoꝛū ſuoꝛum re=
ſuſcitet ꝛ eius ſpūm ſanctis
ac fidelibus aggregari iu=
beat: cum quibus inenarra=
bili gloꝛia ꝛ perenni felici=
tate perfrui mereatur. Per
chꝛiſtum. Alia.

SUſcipe domine ani=
mam famuli tui reuer
tentem ad te: veſte celeſti i=
due eam, ꝛ laua eam ſancto
fonte vite eterne: vt inter
gaudentes gaudeat, et in=
ter ſapientes ſapiat: et in=
ter martyꝛes coꝛonata con=
ſedeat: ꝛ inter patriarchas
ꝛ pꝛophetas proficiat: ꝛ in=
ter apoſtolos chꝛiſtum ſequi
ſtudeat: ꝛ inter angelos et
archangelos claritatem dei
ſemper videat: ꝛ īter para=
diſi rutilos lapides gaudiuꝫ
poſſideat ꝛ noticiam myſte=
rioꝛum agnoſcat: ꝛ īter che=
rubim et ſeraphim clarita=
tem dei inueniat, ꝛ īter vi=
gintiquatuoꝛ ſenioꝛes can=
tica canticoꝛum audiat: et

inter lauantes ſtolas ſuas
in fonte luminis veſtem la=
uet: ⁊ inter pulſantes por=
tas apertas celeſtis hieru=
ſalem reperiat: et inter vi=
dentes, deum facie ad faciē
videat: ⁊ ĭter canentes can=
ticum nouum cantet: ⁊ inter
audientes, auditū celeſtem
ſonum audiat. Per chriſtuz
dominum noſtrum. Alia.

Suſcipe domine ſeruū
tuum in bonum habi=
taculum eternum, ⁊ da ei re
quiem ⁊ regnum id eſt hieru
ſalem celeſtem: ⁊ in ſinibus
patriarcharum tuoꝝ id eſt
abrahe, iſaac ⁊ iacob eū col=
locare digneris: et partem
habeat ĭ prima reſurrectio=
ne ⁊ inter ſurgentes ſurgat
⁊ inter ſuſcipientes corpo=
ra in die reſurrectionis cor=
pus ſuſcipiat, ⁊ cum bene=
dictis ad dexteram dei pa=
tris venientibus veniat: et
inter poſſidentes, vitam e=
ternam poſſideat. Per chri=
ſtum dominum. Alia.

Te domine ſancte pa=
ter omnipotens eter=
ne deus ſupplices depreca=
mur pro ſpiritu famuli tui
quem a voraginibus huius
ſeculi ad te accerſiri prece=
piſti: vt digneris dare ei lo=
cum refrigerij ⁊ quietis. Li
ceat ei tranſire portas infer=
norum et penas tenebraꝝ:
maneatque in manſionibus
ſanctorum ⁊ in luce ſancta
quam olim abrahe promiſi=
ſti et ſemini eius. Nullam
leſionem ſuſtineat ſpiritus
eius: ſed cum magnus dies
ille reſurrectionis aduene=
rit, ſuſcitare eum digneris
domine vna cum ſanctis et
electis tuis. Deleas eius
delicta atque peccata vſque
ad nouiſſimum quadrātem
cum quo immortalitatis vi=
tam conſequatur ⁊ regnum.
Per chriſtum dominum no=
ſtrū. an. Clementiſſime domie
qui pro noſtra miſeria ab ipſo=
rum manibus mortis ſuppliciū
pertuliſti. Libera aīam eius
de iferni voragie ⁊ de miniſtrꝭ
tartareis miſerator abſolue, ⁊
cuncta eius peccata obliuione
perpetua dele: eam ad lucem
tuam angeli tradant, paradi=
ſique ianuam introducant, vt
dum corpuſculum pulueri tra=
ditur, ad eternitatem perduca=
tur. Domie miſerere ſuper pec
catore. Pater noſter. Et ne
nos. A porta inferi. Ne tradas
domie beſtiis aīam confiten=
tem tibi. Domie exaudi. Do=
minus vobiſcum. Oremus.

Abſolue domie animā
famuli tui ab oī vincu
lo delictorum: vt in reſurre=
ctionis gloria inter ſanctos
tuos reſuſcitatus reſpiret.

Deus cuiꝰ miſeratione
anime fidelium reqe=
ſcunt: animabus famuloruz
famularūque tuaꝝ, omniūqꝫ
fideliuz hic ⁊ vbique in chri=
ſto quieſcentium, da propi=
tius veniam peccatorum, vt
a cūctis reatibꝰ abſoluti te=
cum ſine fine letentur. Per

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

eundem. Dominus vobiſcum.
Requieſcant in pace. Amen.
¶ Poſtea dicantur pro mo-
nacho ſeptem pſalmi peni-
tentiales a fratribus in ora-
torio proſtratis. Requiem eter-
nā dona ei domine. Et lux per-
petua luceat ei. Pat noſter.
Et ne nos. Non intres in iu-
dicium cum ſeruo tuo domine.
Qr non iuſtificabitur ĩ ꝯſpectu
tuo omnis viuens. A porta iſe
ri. Erue domīe animas eorum.
Domīe exaudi orōnem meam.
Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiſcum. Orem⁹.

SAtiſfaciat tibi queſu-
mus domine deus no-
ſter pro anima fratris noſtri
beatiſſime dei genitricis ma-
rie ⁊ ſanctiſſimi confeſſoris
tui benedicti, ac omnium
ſanctorum tuorum oratio ⁊
preſentis familie humilis
ſupplicatio, ⁊ peccatorum
omnium veniam quam pre-
camur obtineat, nec eum pa
tiaris gehennalibus flam-
mis cruciari, quem filij tui
domini noſtri ieſu chriſti pre
cioſo ſanguine redemiſti.
Qui tecum ⁊ cum ſpū ſan-
cto viuit ⁊ regnat deus: per
omnia ſecula ſeculoꝝ. Amē.
Dominus vobiſcū. Requie-
ſcant in pace. Amen.

¶ Oratio deuotiſſima ad ſa
crā cōmunionē preparatiua
a ſeraphico doctore ſancto
Bonauentura compoſita.

AD menſam dulciſſimi
conuiuij tui dn̄e ieſu
chriſte rex angeloꝝ omniū-
que ciuium ſupernoꝝ acceſ-
ſurus: vereor ⁊ contremiſco
cor habens reſperſum mul-
tis maculis: corpuſqꝫ incau-
te cuſtoditū, linguam ⁊ ocu-
los ac ceteros ſenſus meos
nō pure obſeruatos. Et qui
dem cum ego peccatorum
meoꝝ ⁊ conſcientie librum
reuoluo, veſtem innocentie
grauiter concuſſam ĩuenio,
cicatriceſqꝫ meas quas ex
cōſenſu fragilitatis ĩſipien-
tie mee aduerſarius in me
fixit: magis corruptas quaꝫ
ſanatas aſpicio. Inde miſer
inter tot miſerias ⁊ angu-
ſtias deprehenſus, quid eli-
gam ignoro. Scio enim ⁊
recordor verba tue reueren
de veritatis, quibus exhor-
tatus es dicens: Niſi man-
ducaueritis carnē filij homi
nis ⁊ biberitis eius ſangui-
nem, non habebitis vitam ĩ
vobis. Sed propter multi-
plices exceſſus meos deter-
rent me verba dilecti tui a-
poſtoli ꝗbus comminat⁹ eſt
dicens: Quicunque mandu
cauerit carnē vel biberit ſan
guinem dn̄i ĩdigne, iudiciū
ſibi manducat ⁊ bibit. Nunc
igitur o pia ⁊ benedicta dei-
tas. O tremenda ſublimi-
tas. O inexcogitabilis ⁊
imperſcrutabilis veritas,
quo ibo a ſpiritu tuo ⁊ quo a
facie tua fugiam? Si ꝗdem
corda ⁊ conſcientiarū ſecre-
tiſſima nude ⁊ aperte ĩtue-
ris: ad te tamen fontē mīe ⁊

totius gratie recurro. Ad
te pium ſamaritanū infirmi=
tatis humane ſingularē me=
dicinam ſanādus confugio.
Ad te feſtino, et quem iudi=
cem non ſuffero, ad tuā cle=
mentiam me cōmendo. Re=
ſpice igitur o dn̄e Jeſu chꝛi=
ſte homo pꝛopter hominem
crucifixe, reſpice ſacratiſſi=
mam virgineam carnē tuam
de ſpiritu ſancto in virginis
vtero conceptam. Reſpice
eam clauis cōfixam, lancea
perfoꝛatam verberibus du=
riſſime et miſerabiliter fla=
gellatam. Et ſplendentem
faciem tuam reſpice oppꝛo=
bꝛiis ſauciatā, illuſam, atqꝫ
conſputam. Recoꝛdareque
ſudoꝛis tui quaſi ſanguinis
gutte decurrētis in terram.
Sed et plura alia pꝛopter
me ſuſtinuiſſe memento, il=
laqꝫ te cogat pietas que te
traxit ⁊ vicit vt in ſtatera glo
rioſiſſime crucis totius mū=
di peccata libꝛares. Jllaqꝫ
te moueat clementia vt mi=
hi miſeriis ⁊ calamitatibus
pleno digneris miſericoꝛdi=
ter miſereri, qui tue miſeri=
coꝛdie et miſerationis gra=
tiam nunquā ceſſas huma=
no generi diſtillare. Aufer
clementiſſime Jeſu omnes
iniquitates et delictoꝛum
meoꝛum offenſas vt purga=
to coꝛpoꝛe et ſpiritu ſancta
ſanctoꝛum merear degusta=
re. Sitqꝫ mihi tue ſacratiſſi
me paſſionis, hoc venerabi=
le ⁊ memoꝛabile ſacramen=
tum contra hoſtiles nequi=
tias inexpugnabile pꝛeſi=
diū vt ſalutari refectus via=
tico: huius vite vias lubꝛi=
cas: ⁊ diaboli ſpurcitias im=
maculato calle tranſire ⁊ ad
te panem angeloꝛum regem
regum dominūqꝫ dominan=
tium ſine impedimento dia=
bolice accuſationis valeam
peruenire: vna cū omnibus
fratribus meis, aliiſqꝫ mihi
recōmendatis ⁊ benefacto=
ribus ac omnibus tuis fide=
libus per te dn̄e ieſu chꝛiſte
qui nos creaſti dum non eſ=
ſemus, ⁊ liberaſti dum per=
diti eſſemꝰ. Qui cum patre
⁊ ſpiritu ſancto viuis et re=
gnas deus per omnia ſecu=
la ſeculoꝛum. Amen. Utile
ſuffragium cum ad lectum
imus. Hymnus. Chꝛiſte qui
lux es et dies. Collecta.

Viſita queſumus dn̄e
habitationem iſtam:
⁊ omnes inſidias inimici ab
ea longe repelle ⁊ angeli tui
ſancti habitēt in ea qui nos
in pace cuſtodiant, et bene=
dictio tua ſit ſuper nos ſem=
per. Alia collecta.

Illumina queſumꝰ do=
mine deꝰ tenebꝛas no=
ſtras, ⁊ totius huius noctis
inſidias tu a nobis repelle
pꝛopitius. ¶ Alia coll̄a cum
imus ſeu ſurgimus a lecto,
coꝛpoꝛe pꝛoſtrato ſeu ad ter
ram hūiliter inclinato. Col.

O Beata trinitas vnus
deus pater, fili ac ſpi=
ritus ſancte. Ego paup pec=

cator ac indignus monachꝰ in terram pronꝰ ex toto corde meo, tota mente totiſque viribus meis te deū meum ac dominum meum colo, veneror et adoro: et id quidem cultu veneratione et adoratione latrie. De ipſaque anima mea corpore meo ac omnibus ſigillarim membris meis homagiū famulatum ac ſeruitium tibi facio et humiliter reddo, legē inſuper tuam, mandata, fidei articulos ac euangeliū dn̄i mei ieſu chriſti toto mentis affectu complector, eiſdemque credo et firmiter adhereo, omniaque in contrarium vel in minimum iota, dicta, ſcripta ſeu excogitata, tāquam mortiferum virus in eternum abhorreo et abrenuncio. Et nunc per manſuetudinem charitatem ac paſſionem ipſius domini mei ieſu chriſti et per merita glorioſe virginis matris ſue ⁊ omnium ſanctorum te deprecor clementiſſime deus, vt pauperrime tue creature miſerearis, nec ineternum iraſcaris mihi, ſed parce mihi domine, omniaque peccata mea miſeratus indulge, viasq̄ meas in ſemitam mandatorum tuorum dirige, et hanc quoq̄ diem vel noctem ſine impedimento ſeu deluſione ſatane mihi pertranſire permitte, ab omniq̄ immunditia mētis, corporis et anime me potēter protege, atq̄ ad matutinas horas vigilanter ac deuote me ꝑducas. Ubi necnon in ceteris canonicis horis puro corde ſinceraq̄ deuota ac ſedula mēte tibi ſeruiam, iubilem ac ſapienter pſallam qui es benedictus et laudabilis et glorioſus in ſecula. Amen.

¶ Decē precepta legis, prima tria ſpectāt ad deū: reliqua ſeptem ad proximum.

Unum crede deū, nec iures
vana per ipſum:
Sabbata ſanctifices, et venerare parentes:
Occiſor nō ſis, fur, mechus,
teſtis iniquus:
Uicinique thorum, reſq̄ caueto ſuas.

¶ Septē eccl'ie ſacramēta.

Ordo, cōiugium, fons, confirmatio, panis,
Unctio poſtrema, confeſſio
ſunt ſacramenta.

¶ Septem ordines.

Janitor eſt primus, lector
vult eſſe ſecundus,
Exorciſta ſubit, hinc accolitus ſibi nubit,
Subleuita ſubeſt, leuita ſacratior hoc eſt,
Septimo collatus, eſt ordo
preſbiteratus.

¶ Septē peccata mortalia.

Dic mihi Saligia que ſunt
peccata cauenda,
Sunt tumor, accidia, gula,
luxuries, ſimul ira,
Liuor, auaritia, ſeptē mortalia dira.

¶ Septem virtutes, ſeptem

vitiis contrarie.
Sis humilis, caſtus, miſe=
rator, ſis quoqꝫ fortis,
Sobrius, ⁊ largus, dilectus
cuilibet eſto.

¶ Septē v̄tutes, tres theo-
logice, quatuor cardinales.
Septē virtutes habeas ad=
uerſa refutes:
Eſto fide firmus, ſpe rectus
amore leuatus.
Prudens et iuſtus, animo
fortis, moderatus.

¶ Septē dona ſpiritusſcti.
Eſto timēs, pius, atqꝫ ſciēs
fortis, bene conſul.
Hinc intellectus, ſapientia
dona dei ſunt.

¶ Octo beatitudines.
Sis pauper, mitis, ſitiens,
flens, ac miſerator,
Mundus, pacific⁹, patiēs,
aderiſqꝫ beatus.

¶ Septē opa mie corpalia.
Viſito, poto, cibo, redimo,
tego, colligo, condo:
Paſce fameſcētes, pota ni=
mium ſitientes,
Indue nudatos, redimas a
carcere captos,
Egros cōforta, peregrinos
collige porta,
Defunctos ſepeli, ſic ſumes
gaudia celi.

¶ Septem opa mie ſpūalia.
Corrige peccantes, ac in=
ſtrue pauca ſcientes,
Conſule non doctis, exora
pro tribulatis,
Conforta meſtos, porta pa=
tiens oneroſos,
Offenſas ſpōte ledēti, cor=
de remitte.

¶ Oratio ad dn̄m ieſum et
eius matrem: quam compo=
ſuit beatus Bernardus.

SUmme ſummi tu pa=
tris vnice,
Mūdi faber ⁊ rector fabrice
Pietatis reſpectu deice
Pctōres afflictos reſpice
Pie pater.

¶ Summa ſummi tu mr̄ filij
Clauē noſtri tenens auxilij
Foue tui lacte conſilij
Peregrinos huius exilij
Pia mater.

¶ Conſolentur o bone dn̄e,
Reſpirantes in tuo nomine
Qui ꝑ mūdi tollēdo crimine
Dignat⁹ es naſci de virgine
Matris pater.

¶ Conſolentur o bona dn̄a
Sitientes tua ſolamina
De qua ſola felice femina
Predicantur hec duo noīa
Virgo mater.

¶ O figura p̄ris ſubſtantie
Tu es ſplēdor paterne glīe
Tu es verum lumen iuſticie
De quo manat totius grē
Plenitudo.

¶ O regina regni dauidici
Tu es virga floris dominici
Tu es archa panis āgelici
De quo nr̄a meretur refici
Solitudo.

¶ Virtus patris et ſapiētia
Suauiter diſponens omnia
Tu et pater vna ſubſtantia
Equus honor eadem gloria
Eſt vtriqꝫ.

¶ Stella maris regina ſcl̄i
Tu es mater illius paruuli
Quem adorant fideles ppl̄i
Semper oēs ⁊ ſemꝑ ſinguli

Et vbiq̄.
¶ O ſctōrū ſctē mirabilis,
Toti mundo deſyderabilis
Hō potens ⁊ deus humilis,
Non eſt tibi nec erit ſimilis,
Deus meus.
¶ O ſctārū ſctā dulciſſima,
Sola tāto partu digniſſima
Ut de tua carne mūdiſſima
Naſceret maieſtas maxima
Homo deus.
¶ Jeſu xp̄e fons indeficiēs,
Fons hūana corda reficiēs,
Te ſuſpiro, te ſolum ſitiens
Solus eris mihi ſufficiens
Fili dei.
¶ Mater xp̄i decꝰ ꝟgineū,
Thronū ſedēs ſup ethereū,
Nomē tuū ſaporem melleū
Liquefacit affectū ferreum
Cordis mei.
¶ Summum bonū plenum dulcedine,
Uerū lumē de vero lumine
Solo cuius audito nomine
Satiatur mira pinguedine
Cor iuſtorum.
¶ Sūmi boni reclinatoriū,
Dulcis vini dulce cellariū,
Qd̄ idulcās dulcedo dulciū
Preelegit ſibi in proprium
Rex celorum.
¶ Patrū pr̄ precelſi ceteris
Reparator humani generꝭ:
O q̄ carnē ꝓ nobis miſeris
Mulieris de carne paupis
Aſſumpſiſti.
¶ Matrū mr̄ ⁊ ꝟgo ꝟginum
Apotheca ſalutis hominū:
O que mūda de carne dn̄m
Sine carnꝭ mixtura ſeminū
Concepiſti.
¶ Audi p̄cor o q̄ das grām
Peccatoris huiꝰ miſeriam,
Et per tuam miſericordiam
Peccatorum meorū veniam
Mihi dona.
¶ Audi precor o plena grā
Peccatoris huius ſuſpiria
Et pro tua miſericordia
Deo meo me reconcilia
Mater bona.
¶ Tibi pr̄ fac beneplacitum
Peccatoris iſtius gemitum
Solue mei reatus debitum
Qr malū pretendo meritū
Et pretendi.
¶ Tibi mr̄ fac acceptabilē
Peccatoris hāc vocē flebilē
Redde mihi deū placabilē
Ne ſe preſtet inexorabilem
Quem offendi.
¶ O intacte fili puerpere
Audi planctꝰ anime miſere
Que pctī iacens in puluere
Ut iumentū ſe ꝯputreſcere
Lamentatur.
¶ O intacta ꝟgo puerpera
Ad te clamat mēs m̄a miſ̄a
Que nefanda ſp ad ſcelera
Ab etate nunc vſq̄ tenera.
Effrenatur.
¶ Pie pr̄ errantem corrige
Piam manū labēti porrige
Jam de luto me fecis erige
Et in viam tuorum dirige
Mandatorum.
¶ Pia mater errantē viſita
Pio corde de me recogita:
Corā ieſu benigno clamita
Ut meorū remittat debita
Peccatorum.
¶ Eſto nobis pr̄ propitius,
Quorū frater es atq̄ ſociꝰ:
Te laudamꝰ, te bn̄dicimꝰ,
Adoramus, atq̄ diligimus
Mente

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Mente tota.
¶ Eſto nobis mr̄ propitia,
Quorū ſoror es atq₃ ſocia:
In tuarū laudum preconia
Corda noſtra fac volūtaria
Ac deuota.
¶ Bn̄dicte creator omnium
Benedicas mētes fidelium
Nomen tuum benedicentiū
Mortis tue per beneficium
Quos ſaluaſti.
¶ Benedicta in mulieribus
Benedicte benedicentibus
Benedictis tuis vberibus,
Qui dat eſcam eſuriētibus
Que lactaſti.
¶ Laus ⁊ honor ſit dei filio,
Salus, virt⁹ et benedictio,
Benedicta ſit incarnatio,
Mors illius et reſurrectio
In eternum.
¶ Bn̄dictus ſit pr̄ luminū,
Bn̄dicta ſit virgo virginū:
Benedicat cor meum dn̄m,
Sitiatq₃ fontem dulcedinū
Sempiternum. Amen.

## ¶ Confeſſio ſancti Bernardi abbatis clareuallis.

In vnione doloris tui q̀ cauſam doloris mei aſſumpſiſti et emēdationem pro peccatis meis ſuſcepiſti, domine ieſu chriſte, cum vniuerſitate dolentiū ⁊ vere penitētium, ⁊ te in veritate querentiū, confiteor tibi oīa pctā mea, mala commiſſa, et bona omiſſa vel nō pure aut negligēter facta, ſicut tu ea noſti in nūero, pōdere ⁊ mēſura: ⁊ dies ꝑditos vite mee in quib⁹ te offendi ⁊ laudem tuā minui, ⁊ a te ſummo bono cecidi, ⁊ ꝓximū in caſum traxi. Suſcipe ergo dn̄e de mea miſera vita reſiduū annorū meoꝝ: pro his ꝓ quos viuendo perdidi, q₂ perdite vixi, Cor cōtritū et hūiliatū de⁹ nō deſpicies. Dies mei declinauerūt ⁊ perierūt ſine fructu. Impoſſibile eſt enim vt reuocē eos: ſed placeat tibi vt recogitē illos in amaritudine aīe mee. Dn̄e, abyſſus profundiſſima miſerie mee, abyſſum inuocat altiſſime mīe tue. Ne cōtineas intra miſeratiōes tuas, ⁊ fontem inexhauſte mīe tue circa me exſiccari non ꝑmittas propter pctā mea q̀ miſereris omniū, ⁊ nihil odiſti eoꝝ que feciſti, diſſimulans pctā hominū propter penitentiā. Tuū eſt dn̄e remittere peccata, miſerere mei dum tempus eſt gr̄e ⁊ miſerationis, et dum tēpus eſt emēdationis da mereri gloriā benedictionis, ne in die cōſummationis me feriat verbū maledictiōis. Fac me queſo dn̄e aſſueta mala relinquere, ⁊ tibi placita oꝑa agere, vt ſtudiū quod hucuſq₃ ī peccatis exercui, te adiuuante deinceps ī tua volūtate exerceā vt vbi abūdauit delictū, tua gratia reabūdet. Et rogo te ꝓpter temetipſum, ⁊ per amorē piiſſime mr̄is tue glorioſe virginis marie, et ꝑ interceſſionē omniū ſanctorū tuorū atq₃ electarū tuaꝝ, vt ignoſcas oībus pctīs, negli=



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

gentiis ꝛ ignorātiis meis et
ne perdas me cū iniquitati=
bus meis, neq; in finem ira=
tus reſerues mala mea. Re=
cordare domine Jeſu, quia
tuum non eſt perdere quic=
quā ex eo quod pater tuus
dedit tibi: ſed tuum eſt pro=
priū miſereri ſemper ꝛ par=
cere, neminem perdere ſed
ſaluare, quia pater tuus mi=
ſit te in mūdū nō vt iudices
mūdum, ſed vt vitā habea=
mus per te, vt ſis pro nobis
nō cōtra nos. Quod em̄ de=
buimus tu ſoluiſti, quod pec
cauimus tu luiſti, quod ne=
gleximus tu ſuppleſti. Pro=
ficiat ergo mihi dn̄e nunc et
in extremis meis plenaria,
immo ſuperflua ſatiſfactio
tua, amara mors tua ꝛ p̄ciū
fuſi ſanguinis tui renouatio
ſatiſfactionis tue venerabi=
le myſteriū corporis et ſan=
guinis tui, quod tibi quoti=
die offertur ī eccleſia pro ſa=
lute fideliū. In quo tu es ip=
ſe ſacerdos ꝛ ſacrificiū, ille
qui offert ꝛ ille cui offert̄, et
hoc quod offert̄ ad promie=
rēdum in preſenti gratiam
quā non merui, ad obtinēdū
in futuro requiē ꝛ gloriā quā
tua pia paſſio impetrauit.
Imperfectū meū dn̄e vide=
runt oculi tui, ſed tu pie deꝰ
ne imputes mihi ad eternū
ſuppliciū, qui oīa ad ſummū
et perfectū bonū optime et
perfectiſſime preordinaſti:
ꝛ ne permittas me deleri de
libro vite, ſed offer mihi por
tionem que me contingit in
ſubſidium tue videlicet pre=
cioſe paſſionis cum qua ho=
minē voluiſti habere tibi co=
heredē in terra viuētiū. Te
igitur dn̄e moueat ꝛ inclinet
ad miſericordiā humane fra
gilitatis cōſideratio, qui no=
ſti q̄ ſit hominis ſubſtantia,
et quod nō vane cōſtitueris
hominē ſuper terrā, ꝛ cōſer=
ua in me opus tue pietatis
ne incaſſum circa me labora
ueris, ꝛ ne infructuoſa ſit in
me īmaculati cruoris tui ef=
fuſio: tu enim qui es purifi=
cationē faciens peccatorū,
preſta vt emūdatus a pecca
torum ſordibus et illumina=
tus acie mentis cognoſcam
te, meq; agnoſcens in dire=
ctione cordis mei iugiter ad
te tendā, vt felici exitu ad te
merear peruenire ieſu chri=
ſte. Qui cum deo patre in v=
nitate ſpiritusſancti viuis ꝛ
regnas. Per omnia ſecula
ſeculorum. Amen.

¶ Oratio poſt cōmunionē.

Laudes ꝛ gratias tibi
ago dn̄e Jeſu chriſte,
qui me peccatorē indignū p̄
tuā gratiā nullis meis meri
tis exigētibꝰ ſatiare digna=
tus es ex corpore ꝛ ſanguīe
tuo. Precor te q̄ hec cōmu=
nio ſalutaris nō ſit mihi rea=
tus ad penā, ſed interceſſio
ſalutaris ad veniā. Sit mihi
armatura fidei ꝛ ſcutū bone
voluntatis: ſit mihi vitiorū
meoꝝ euacuatio, cōcupiſcē=
tie carnis ꝛ libidinis exter=

minatio: charitatis ⁊ humilitatis, caſtitatis ⁊ obedientie, omniū q; virtutū atq; totius ſanctitatis augmentū. Cōtra inſidias inimicorum meoꝝ viſibiliū ⁊ inuiſibiliū firma defenſio omniūque periculoꝝ ⁊ tribulationū ⁊ anguſtiarū tutiſſima ereptio, motuū meoꝝ, tam carnaliū, q̄ ſpūaliū, perfecta quietatio: i te Jeſu chriſto dño noſtro firma adheſio, atq; mei felix conſummatio. Et precor vt ad conuiuium celeſtis glorie me miſeruꝫ peccatorē perducere digneris, vbi tu es ipſe lux vera, ſatietas plena, iucunditas confirmata, felicitas perfecta, ⁊ gaudium ſempiternum. Amen.

¶ Forme ⁊ maniere de trouuer ⁊ cognoiſtre les feſtes mobiles ⁊ autres choſes vtiles de ſcauoir ⁊ cognoiſtre.

A Toy qui latin ne cognois,
Je te veux dōner en frācois
Aucuns enſeignemens notables
Pour ſcauoir les feſtes muables,
Qui ſelō le cours de la lune
Se varient tous les ans chacune:
Et meſmemēt tēſeigneray
Tout au plus bref que ie pourray
Le temps des nopces ⁊ des ieuſnes,
Et cōmēt cognoiſtras chacunes.
Et quand tu ten voudras aider
Chacun mois quiers au calendrier.
Prime lune au nombre dore
Sur tous les autres honore
Leq̄l iuſq ua dixneuf mōte,
Puis a vn retourne ſon compte.

¶ Pour ſcauoir la ſeptuageſime.

PRime lune apres lepiphaine
La ſeptuageſime tenſeigne
Quarāte iours tu parferas
Au dimēche ſuyuāt lauras.
Si le terme chet au dimenche
A celuy dapres commence.
Compter dois en lan de biſſexte
Quarante et vn, ce dit le texte.

¶ Pour ſcauoir le premier dimēche de quareſme quon dit des brandons.

APres ſaincte agathe querons
Prime lune puis noꝰ aurōs
Samedi dapres la vigile
Des brādons, ceſt regle infallible:
Mais quand biſſexte regnera,
Un iour adiouſter y faudra.

¶ Pour ſcauoir paſques.

QUier prime lune apres les nonnes
De mars, et ſapres tu luy donnes
Quatorze iours, paſque la grand
Sera le dimēche enſuyuāt.
Si le terme viēt au dimēche



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Pren lenſuiuant, ceſt la ſen
tence.

¶ Pour ſcauoir les roga-
tions.

PRime lune querir tu
dois
Droit apres les nonnes du
mois
Dapuril, ꝛ puis vingt iours
luy baille
Rogatiōs auras ſās faille.
Si le terme au dimēche ad-
uient
Prendre le ſuyuant te con-
uient.
Et le ieudi daſcenſion
Eſt apres la rogation.

¶ Pour ſcauoir la pētecoſte

DE may queras la tier
ce nonne,
Prime lune aps aduirōne,
Puis luy adiouſte quaran-
te iours
Pentecoſte auras, ceſt ſon
cours.
Et ſi au dimenche vient le
terme.
Pren celuy dapres, ꝛ luy
ferme.
Dimēche apres pour verite
Eſt le iour de la trinite.
Et au ieudy conſequemmēt
Eſt le iour du ſainct ſacre-
ment.

¶ Pour ſcauoir laduent.

ENtour la feſte ſainct
andrieu
Le iour de laduent prend
ſon lieu
Au dimēche a luy plus pro-
chain
Apres ou deuant pour cer-
tain.

¶ Autre maniere plus bre-
ue pour trouuer leſdictes
feſtes mobiles.

LA lettre du dimenche
veue
Et la ſeptuageſime ſceue
Scauras par les vers en-
ſuyuans
Feſtes mobiles tous les ās.
Scauoir donc peux par ce-
ſte rime
Que feſte de ſeptuageſime
A deuant les brādons tous
pleins
Trois dimenches ne plus
ne moins,
Puis du dimēche des bran-
dons
Six ſepmaines tabandon-
nons
Juſquau dimenche de paſ-
ques.
Et garde que le temps ne
faces
Gliſſer : car en toutes ſai-
ſons
Entre paſques et les roai-
ſons
Cinq ſepmaines tu trouue-
ras.
Jeudi apres colloqueras
Sans plus longue expecta
tion
De ieſuchriſt laſcenſion.
De paſques auōs ſept ſep-
maines
Juſqua pentecoſte pleines.
Huict iours apres tu com-
pteras
Et la trinite trouueras.
Et le ieudi conſequemment
La feſte du ſainct ſacre-
ment.

¶Des feſtes fixes ⁊ eſcriptes au calendrier.

Les autres feſtes ſont ſignees
Au calendrier, ⁊ deſignees
Soubs certaines lettres pour voir,
Que peux facilement ſcauoir.

¶Du ſiege du biſſexte.

En lan du biſſexte dois mettre.
Deux iours entiers ſus vne lettre:
Sus la fin de feburier adõc
Feras mathias au ſecond.

¶Du temps des nopces ⁊ eſpouſailles.

Nopces nous donne ſainct Hylaire,
Septuageſime tolt les faire
Quaſimodo veult quon les faſſe,
Mais rogations les dechaſſe.
La trinite puis les ottroye
Laduent enſuyuãt les deſuoye.

¶Les ieuſnes de leglise.

Tu dois ieuſner les quatre temps:
Retiẽs les cõme ie lentens.
Le premier eſt apres brandons
Que dois ieuſner comme preudhoms:
Le ſecond apres pẽtecoſte
Es trois iours qua ſcauoir peu coſte.
Le tiers eſt, bien ie men remembre
Apres ſaincte croix de ſeptembre.
Le quart apres la ſaincte Luce
Nul, fors vne fois y mangeuſſe.
Noel, pentecoſte, ⁊ laurent,
Baptiſte de Jeſus parent:
Laſſumption de noſtre dame
A qui neſt pareille autre femme.
Sainct pierre, ſainct paul, ſainct andrieu,
Sainct ſimon, ſainct iude, ⁊ matthieu
Sont autres feſtes et habiles
Dont tu dois ieuner les vigiles.
Sa aucunes venoiẽt au lũdi
Tu dois ieuner le ſamedy.
Le iour ſainct Marc tu ieuneras,
Fors ſainctes oeuures ny feras.
Ou compoſt ſont regles cõmunes.
Qui enſeignent toutes les ieuſnes.
Les autres ieuſnes biẽ aduiſe
Que commande la ſaincte egliſe
Je te prie, pas ne les oublie.
Pren en gre, ⁊ a dieu ſupplie
Qua celuy qui a faict ces dicts
Doint la gloire de paradis.
Amen.

¶ In ordine Ciſtercienſium Lectiones in communi ſanctorum ad vigilias decantantur hoc ordine.

¶ Sanctorum apoſtolorum.

¶ Mathie, ⁊ Bartholomei. Lectiones ex omelia beati Gregorij pape. Ait dominus diſcipulis ſuis: Vos amici mei eſtis.

¶ Thome, Barnabe, Simonis ⁊ iude. Lectiones ex commentario beati Auguſtini epiſcopi. Ait dominus diſcipulis ſuis: hoc eſt preceptum meum.

¶ In diebus feſtis ſanctorum martyrum.

¶ Thome martyris, Petri martyris, Lamberti epiſcopi ⁊ martyris, Clemẽtis pape. Lectiones ex omilia beati Gregorij pape. Si quis vult venire poſt me.

¶ Fabiani ⁊ Sebaſtiani, Joannis ⁊ pauli martyꝝ, Cypriani ⁊ Cornelij. Sermo beati Auguſtini epiſcopi. Pſalmus qui cantatur domino.

¶ Alexandri, Euẽtij, theodoli, dionyſij ⁊ ſociorum eius. Lectiones ex omelia beati Gregorij pape. Ait dominus martyribus ſuis: Trademini a parentibus.

¶ Mauricij ⁊ ſociorũ eius. Sermo beati ioãnis epiſcopi. Qui ſanctorum merita.

¶ In feſtis ſanctorum confeſſorum.

¶ Silueſtri pape, Juliani epiſcopi, Gregorij pape, remigij epiſco. Lectiones ex omelia beati Gregorij pape. Seruus qui gemina talenta retulit.

¶ Ambroſij, Petri, Auguſtini epiſcopi. Sermo fulgẽtij epiſcopi. Magnum bonum eſt fratres chariſſimi.

¶ Eligij, nicolai, guillermi, antonij cõfeſſoris epiſcopi, Thome cõfeſſoris, Roberti abbatis, yuonis cõfeſſoris, Dominici cõfeſſo. Ludouici francorum regis, Hieronymi preſbyteri: Franciſci confeſ. malachie epiſc. Edmundi epiſc. Lectiones ex omelia beati Gregorij pape. Beati ſunt ſerui illi.

¶ In feſtis ſanctarum virginum.

¶ Katherine, Lucie virginum ⁊ marty. Sermo beati auguſtini epiſcopi. Inter parabolas.

¶ Agathe virg. ⁊ mar. Undecim milium virg. Cecilie virg. ⁊ marty. Lectiones ex omelia beati Gregorij pape. Media nocte clamor factus eſt.

¶ Euangelia vero et omelie in cõmuni eorũdem ſanctorum hoc modo leguntur.

¶ Apoſtolorum.

¶ Mathie, ⁊ barnabe. Hoc eſt preceptum meum, vt diligatis inuicem. Omelia beati Gregorij pape.

¶ Martyrum.

Thome, vincẽtij, petri, laurentij, lamberti epiſ. ⁊ mar. Niſi granum frumenti ca=

dens in ter. Omelia beati auguſtini epiſcopi. Se autem dicebat.

¶ Fabiani, et Sebaſtiani, ioannis ⁊ pauli. Deſcendēs Jeſus de monte ſtetit. Omelia vener. bede preſbyteri. Electurus apoſtolos.

¶ Confeſſorum. Silueſtri pape iuliani epiſcopi gregorij pape, remigij epiſcopi, Clemētis pape. Homo quidam peregre proficiſcens. Omelia beati gregorij pape. Lectio ſancti euangelij.

¶ Ambroſij, Petri, auguſtini epiſcoporum. Uigilate quia neſcitis qua hora dominus veſter.

¶ Confeſſorum pontificum. Eligij, Nicolai, Guillermi, Malachie, edmundi. Sint lumbi veſtri precincti. Omelia beati Gregorij pape. Sancti euangelij.

¶ Antonij confeſſ. Thome confeſſo. Roberti abbatis yuonis confeſſ. In commemoratione ſancti Pauli, domini. confeſſ. Bernardi abbatis, Ludouici francorum regis, Hieronymi preſbyteri, Franciſci confeſ. Dixit Simon Petrus ad Jeſum Ecce nos reliqui. Omelia beati hieronymi preſbyteri. Grandis fiducia. Petrus piſcator erat.

¶ Sanctarum virginum. Katherine, lucie, virginū ⁊ marty. Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro. Omelia beati Gregorij pape. Celorum regnum fratres chariſſimi.

¶ Agnetis, Agathe, Undecim milium virginum, Cecilie. Simile eſt regnum celorum decem virginibus. Omelia beati Gregorij pape. Sepe vos admoneo.

¶ Finis.

Regiſtrum.

✠.A.B.C.D.E.F.G.H.J.K.L.M.N.O.P.Q. R.S.T.U.X.y.z. A.B.C.D.E.F.G.H.I.K. L.M.N.O.P.Q.R. Omnes ſunt quaterni preter S. qui eſt duernus.

¶ Omnipotentis dei ſuffragante gratia completū eſt Breuiarium in alma Pariſiorū academia: in officina libraria ſpectabiliū viroꝛ Hieronymi de Marnef, ⁊ Guillermi Cauellat, ſub Pelicano mōtis D. Hylarij cōmorantī